

putet dicentis Imperium. Aut vile facientis obsequi-
 um. Aequalem sibi pater filium confitetur. operis vn-
 tate. dicens. Faciamus hominem ad imaginem. & simi-
 litudinem nostram. Et imago enim. & operatio & simi-
 litudo communis. quid aliud nisi maiestatis eiusdem sig-
 nificat unitatem. Tamen ut aequalitatem plenius pa-
 tris filii que cognoscas. sicut dixit pater. & filius fecit.
 Ita & pater operatur. & filius dicit; Pater operatur.
 sicut scriptum est. pater meus usque modo operatur;
 Et filius dicit. sicut habes dictum ad filium. dic verbo &
 sanabitur; Et dicit patri. volo ut ubi ego sum. & ista sint
 mecum; fecit pater. quod filius dixit; Sed abraham
 ignoravit spiritum sanctum. Denique tres vidit & unum ado-
 ravit. Quia unus deus. unus est dominus. & unus spiritus. Et ideo
 unitas honoris. quia unitas potestatis; Et quid de sin-
 gulis loquar. Samson. diuina promissione generatus.
 spiritum comitantem habebat; Sic enim legimus. quia bene-
 dixit eum dominus. & coepit spiritus domini comitari cum eo in cas-
 tra; Et ideo futurum praevidentis sacramentum. ex ali-
 genis poscebat uxorem; Quod pater eius ac mater.
 ut scriptum est. ignorabant. quomodo domino est; Merito que